Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



exilis cū gladijs et fustibus cō-
prehendere me. Cotidie apud vos
sedebam ī templo docens: et nō
me tenuistis. Hoc autē totū fac-
tum est ut impleantur scripture
prophetarum. Tunc discipuli omnes relic-
to eo fugierūt. At illi tenentes
ihm: duxerūt eū ad caiphan
principem sacerdotum ubi scribe et
seniores populi conuenerat. Petrus
autē sequebatur eū a longe usq;
in atrium principis sacerdotum.
Et ingressus intro sedebat cū
ministris: ut videret finem. Prin-
cipes autē sacerdotū et omne concilium
querebant falsum testimōm contra
ihm: ut eū morti traderent: et
non inuenerūt cū multa falsi te-
stes accessissent. Nouissime
autē venerūt duo falsi testes et
dixerūt. Hic dixit: possum de-
struere templū dei: et post triduū
reedificare illud. Et surgens
princeps sacerdotū ait illi. Ni-
chil respondes ad ea q̄ istī adūsum
te testificant? Ihus autē tace-
bat. Et princeps sacerdotum ait
illi. Adiuro te p deū viuū ut
dicas nobis si tu es christus filius
dei viui. Dicit illi ihus. Tu dixi-
sti. Verūtamen dico vobis: amo-
do videbitis filiū hominis sedē-
tem a dextris virtutis dei et vene-
entem in nubibus celi. Tunc pri-
ceps sacerdotum scidit vestimenta
sua dicens. Blasphemauit. Quid
adhuc egemus testibus? Ecce
nunc audistis blasphemiam. Quid
vobis videtur? At illi respondentes
dixerūt. Reus est mortis. Tunc
expuerūt in faciem eius. et cola-
phis eum ceciderūt. Alij autē pal-
mas in faciem eius dederunt dicē-
tes. Prophetizā nobis christe quis
est qui te percussit? Petrus vero
sedebat foris in atrio: et accessit
ad eū vna ancilla dicens. Et tu
cum ihu galileo eras. At ille ne-
gauit coram omnib: dicens. Ne-
scio quid dicis. Exeunte autē illo
ianuam vidit eū alia ancilla et
ait his qui erant ibi. Et hic
cū ihu nazareno erat. Et iterū
negauit cū iuramento quia nō
nouit hominem. Et post pusillū
accesserūt q̄ astabant et dixerūt
petro. Vere et tu ex illis es: nā
et loquela tua manifestū te fa-
cit. Tunc cepit detestari et iura-
re: quia non nouisset hominem.
Et continuo gallus cantauit. Et
recordatus est petrus ubi ihu qd
dixerat. Priusquā gallus cantet
ter me negabis. et egressus foras